



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103122**

§. XXXIV. Postrema Declaratio Cæsareanorum in puncto Satisfactionis Gallicæ wird schriftlich ausgestellt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646.  
Majus.

von dem Seinigen. Als sie aber gefragt worden, was sie dann von ihme prätendiren, hätten sie auf die Souverainität der Reichs-Städte im Elß Andeutung gethan, daß ihnen selbige überlassen werden sollte.

In puncto Ar-  
misticii.

Kein Armistitium könten sie nicht eingehen, dann die Schweden wollten nicht.

Sie, Mediatorez, wollten nun auf diese also beschaffene Erklärung nicht rathsam finden, wegen Dreyfach weiter heraus zu gehen: jedoch hätten sie im Verfahren unter sich erwogen, was in der Sachen zu thun sey, weil ihnen diß allein all petto suo vertrauet worden wäre, daher die Kayserliche Gesandten sich darauf, als auf eine Formal-Anzeige, nicht fundiren könten. Die Mediatorez hielten demnach vor rathsam, daß die Kayserliche Gesandten nochmalen ihren endlichen Vorschlag, præmissis omnibus conditionibus, zu Papier bringen, und den Franzosen durch sie zustellen lassen, auch ihre Erklärung darüber formaliter erfordern sollten. Alleine die Kayserlichen antworteten, eben diß würde auch nichts fruchten, sondern die Franzosen nur noch contumaciores machen; sie,

Die Media-  
tores rathen  
zu einer  
schriftlichen  
Erklärung.

Kayserliche Gesandten, müßens also beruhen lassen; Nunmehr sey klar am Tage, daß die Franzosen keinen Frieden, sondern nur die Continuation des Krieges sucheten: sonderlich stehe solches aus des *SERVIENT actionibus & gestibus*, so er bey dieser Conferenz, ut referabant Mediatorez, erzeiget habe, zu verspühren, als welcher des MAZZARINI Willen, quod Pacem nolit, wisse, und nach den andern nichts fragte, sondern denselben alles contradicirte. Wann die Franzosen Philipsburg nicht restituiren wollten; so würden Ihro Kayserliche Majestät Ehrenbreitstein keineswegs zurück geben; Sie, Gesandten, müßens Ihrer Majestät dessen berichten, damit Sie je klärlich sehen möchten, daß alles Hinweggeben vergebens sey, und nichts als Krieg von diesen Leuten zu erwarten stehe.

Die Mediatorez, sonderlich der Venetianer, vermeynte, es wäre noch nicht alles auszustoßen, sondern die Kayserliche Gesandten möchten sich darüber ferner bedencken, ob nicht ihrem Vorschlag, wie obvermeldt, nachzugehen seyn möchte.

1646.  
Majus.Wozu sich die  
Kayserlichen  
aber nicht ver-  
stehen wollen.

## §. XXXIV.

Postrema De-  
claratio Cæ-  
sareanorum  
in puncto Sa-  
tisfactionis  
wie schrift-  
lich ausge-  
stellt.

Endlich aber resolvirten die Kayserliche Gesandten, ihre Postremam Declarationem in puncto Satisfactionis Gal-

licæ, den Mediatorez, also, wie nachstehet, am 29. Maji zu behändigen.

Postrema Cæsareanorum in puncto Satisfactionis Gallicæ  
Declaratio.Conditio-  
nes  
sue quibus  
mo.

Primo omnium Sacræ Cæsareæ Majestati Ejusque Familiæ Austriacæ, & in specie Serenissimo Domino Archiduci FERDINANDO CAROLO Serenissimi quondam Archiducis LEOPOLDI Filio primogenito, pro se & hæredibus suis restituantur atque perpetuo hæreditatis jure permanento quatuor Civitates Sylvestres, Rheinfelda, Seckinga, Lauffenburgum & Waldshutum cum omnibus territoriis & ballivatibus, villis, pagis, molendinis, sylvis, forestis, vassallis, subditis omnibusque appertinentiis, cis & ultra Rhenum, itemque Comitatus Havenstein, Sylva Nigra, Superior & Inferior Brigovia Civitatesque in ea sitæ antiquo Jure ad Domum Austriacam spectantes, scilicet Neoburgum, Endinga, Gensinga, Waldkircha, Villinga, Breulinga cum omnibus earundem territoriis, item cum omnibus Monasteriis, Abbatii, Prælaturis, Præposituris, Commendaturis Ordinum Sacrorum Equestrium, cum omnibus Ballivatibus, Baronatibus, Castris, Fortalitiis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vassallis hominibus, subditis, fluminibus, vicis, forestis, sylvis, omnibusque Regalibus, Juribus, Jurisdictionibus, Feudis, Patronatibus cæterisque omnibus & singulis ad sublime Territorii Jus Patrimoniumque Domus Austriacæ in toto isto tractu antiquitus spectantibus, tota item Ortenavia cum Civitatibus Imperialibus Offenburgo, Gen-



1646. genbach & Cella ad Ammerbach, quatenus scilicet Præfecturæ Ortenaviensis obnoxia sunt, adeo ut nullus omnino Rex Franciæ quicquam aut potestatis in his præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis, nullo unquam tempore prætereundere vel usurpare possit aut debeat. 1646. Majus.

2) Libera sint in universum utriusque Rheni ripa ac provinciarum utriusque adjacentium incolarum commercia & comæatus, imprimis vero libera sit Rheni navigatio ac neutri Parti permissum esto, naves transeuntes, descendentes & ascendentes impedire, detinere, arestare aut molestare quocunque prætextu, nec etiam nova & insolita pedagia, passagia, datia & alias ejusmodi exactiones imponere, sed utraque Pars contenta maneat veterigalibus & datii ordinariis ante hoc bellum sub Austriacorum gubernatione præstari solitis.

3) Decretum Amnistiaë a Cæsarea Majestate juxta Recessum Comitiorum Ratisbonensium Anno 1641. celebratorum novissime publicatum, ratum firmumque maneto.

4) Cum Cæsarea Majestas, ut causa Palatina in Congressu hoc de Pace Universali componatur, consenserit, tota ista compositio sequentibus includatur terminis 1) Quod dignitas Electoralis, sicuti hæctenus ita etiam posterum permanere debeat penes Serenissimum Dominum Principem MAXIMILIANUM Ducem Bavariæ, Ejusque liberos masculos totamque Lineam Guilhelmianam in perpetuum, cum omnibus Regalibus, Officiis, Præcedentiis, Privilegiis & Juribus quibuscunque, quemadmodum eandem hæctenus tenuit, exercuit & possedit, nullo prorsus excepto. 2) Quod eidem Domini Electori in solutum pro debito XIII. millionum, totus Palatinatus Superior cum omnibus adpertinentiis, absque ulla diminutione aut detractioe, in perpetuum & irrevocabiliter, pro se & hæredibus suis ex corpore suo, sive ex Linea reliqua Guilhelmiana descendentes, permanere & relinqui debeat, citra omnem contradictionem Palatinorum aut cujuscunque alterius, ita ut oppignatio a FERDINANDO Secundo Imperatore pro dictis XIII. millionibus eidem Electori super Austria Superiori constituta, virtute præsentis Conventionis, re ipsa sublata, cassata & annullata sit, namque prorsus actionem hoc nomine, vel ipse Dominus Elector vel Ejus Liberi, Hæredes & Successores ullo unquam tempore vel casu prætereundere possint aut debeant. Teneatur etiam idem Dominus Elector statim post conclusam & publicatam Pacem, Cæsareæ Majestati omnia Instrumenta, quæ super isto Contractu confecta sunt, ad cassandum & annullandum exhibere & tradere. 3) Ut Dominus CAROLUS LUDOVICUS Comes Palatinus, postquam Cæsareæ Majestati debitam obedientiam præstiterit, ad eandem dignitatem Electoralem, sed octavo & ultimo loco admittatur, nihil tamen Juris Ipsi ad ea, quæ hoc nomine Electori Bavariæ specialiter attributa sunt, competat, itemque Princeps Palatinus restitutione Palatinatus Inferioris certis conditionibus facienda, pro se & hæredibus suis contentus maneat, teneaturque Palatinatus Superiori in perpetuum, donec ex Linea Guilhelmiana hæredes legitimi & masculi superfuerint, tum Ipsi fratres renunciare. 4) Ut ambæ Coronæ una cum Statibus Imperii, ad horum omnium, ut præmittitur, manutentionem se obligent, idque confectioe Instrumenti Pacis inserta singulari clausula disertis verbis caveatur. Et hæc quantum ad decisionem Cause Palatinæ attinet: Porro et

5) Non permittatur, ut Augustanæ Confessionis affectu duriora componendorum Gravaminum Ecclesiasticorum media a Statibus Catholicis extorqueant, quam hæctenus illis, tum per ipsosmet Status tum per Legatos Cæsareos, oblata fuere circa Reservationem Ecclesiasticam, circa Bonorum Ec-

clesi-



1646.  
Majus.

clesiasticorum retentionem sive ante sive post Pacem Passaviensem occupatorum, circa prætextum Jus Reformandi, circa prætextam Autonomiam, circa libertatem Emigrandi, circa Titulos, Investituram, Sessionem, Votum in Diæti Imperialibus, circa Jurisdictionem imprimis in causis ex Pace Religiosa descendentes, circa paritatem Assessorum in Aula Cæsarea & Camera Imperiali, circa suspensionem Jurisdictionis Episcopalis & circa alia his rebus annexa.

1646.  
Majus.

6) Non permittatur, ut Plenipotentarii Suecici quocunque tandem nomine & quocunque prætextu Episcopatus Osnabrugensem & Mindanum, tum etiam oppida ad Episcopatum Monasteriensem spectantia, Vechten scilicet & Meppen, retinere vel invadere præsumant.

7) Cum Domino Electori Brandenburgico pro amisso Ducatu Pomeraniae, ad instantiam & in gratiam Reginae Sueciae Plenipotentiariorum, Episcopatus Halberstadiensis (citra tamen immutationem Status Ecclesiastici) nomine Cæsareæ Majestatis cessus fuerit, Sua Majestas, sicut alias nihil omnino dicto Domino Electori obligata est, ita etiam sive contentus tali oblatione maneat, sive non, ab omni ulteriori indemnitate aut recompensationis præstatione libera & immunis esse, nec etiam hoc nomine a Coronis, quocunque prætextu id fieri posset, interpellari, turbari aut inquietari debet.

8) Cum in Duplicis Cæsareanorum ad Articulum decimum quartum dictum sit, non se refragaturos, quin ad postulationes Dominae Landgraviae Hassiæ Castellanae dudum propositas conveniens instituat tractatio, cum quibus oportet: Intelligunt id Cæsareani de iis, quæ ad Controversiam de Successione Marpurgensi pertinent. De cætero prætensiones ipsius, quæ novissime sub titulo debitæ Satisfactionis contra Eminentissimos Dominos Electores Moguntinensem, Coloniensem & Abbatem Fuldensem propositæ sunt, utpote ab omni prorsus ratione alienæ atque Generalis Amnistia sanctioni contrariæ, penitus rejiciuntur.

9) Serenissimus Dux Lotharingæ suis dirionibus pariter restitui & ob diversos respectus, tum quia Vassallus, tum quia Fœderatus, tum quia Socius, tum quia Vicinus Imperii Romani est, Paci Generali includi debet.

10) Pari passu Pax cum Regis Catholici Plenipotentariis tractetur & concludatur, istaque Pax Pacis Generalis compositione includatur.

11) Regis Christianissimi Plenipotentarii sese declarabunt, quale, quantum & quibus pactis definitum auxillum Rex Cæsari contra Turcam, dum in motu contra Christianitatem est, & quando aperto bello Regna Suae Majestatis invaserit, præstare velit.

12) Cum omnino de æquitate & justitia Rex Christianissimus pro ea parte Principatus Austriaci, quæ Suae Majestati, ut infra, ceditur, competentem recompensationem Serenissimi Domini Archiducis LEOPOLDI piæ memoriæ Hæredibus dare debeat, eoque nomine V. Thalerorum Imperialium Miliones postulati sint, declarare se Plenipotentarii Gallia categorice debent, quam hac de re Conventionem iniri velint.

His Conditionibus ita præsuppositis & cum Clausula *sine quibus non* si Regis Christianissimi Plenipotentarii sese ad singulas declaraverint categorice ac de iisdem exequendis, manutenendis ac præstandis cum Plenipotentariis Imperialibus convenerint, in Regem Christianissimum Serenissimum Dominum LUDOVICUM XIV. ejusque Hæredes ac Successores legitimos & naturales ex Domo Bourboniana descendentes, sequentium rerum fiat cessio & transmissio.

Dritter Theil.

E

1) Præter



1946.  
Majus.Oblations-  
Puncten.1646.  
Majus.

1) Præter tres Episcopatus Metensem, Tullensem & Verdunensem, Civitatemque Imperialem Metim, Pignerolam, Moyenvicum, de quorum cessione in Instrumento Pacis specificè disponitur, dicto Regi Christianissimo permanere debet, oppidum Brisacum cum omnibus suis fossis, vallis, propugnaculis, munitioibus cis ultraque Rhenum omnibusque ad idem oppidum & Civitatem Brisacensem appertinentibus, salvis tamen ejusdem Civitatis Privilegiis & immunitatibus a Domo Austriaca antehac obtentis & impetratis. Ne vero impofterum ratione Jurisdictionis Territorialis in ceteriori Rheno ripa contentiones & controversiæ suboriantur, Jus sublime Territorii, quod Rex Christianissimus occasione hujus Fortalitii cis Rhenum prætereundum posset, non se extendat ultra Canalem ex Rheno ad molendinum insulanum, quod vulgo dicitur Au-Mûhle, ductum.

2) Consentit Imperator pro se & tota Augustissima Domo Austriaca, ut dictus Rex LUDOVICUS XIV. pro se & hæredibus suis masculis legitimis ex Domo Bourboniana descendentibus, Sundgoviam, Landgraviatum Alfatia Superioris una cum Brisaco, sicuti etiam Præfecturam provinciam Alfatia Inferioris cum omnibus Vasallis, subditis, hominibus, oppidis, Castris, Villis, Sylvis, forestis, argentifodinis, fluminibus, rivis, pascuis, omnibusque Juribus & Regalibus & adpertenentiis libero Allodii & Proprietatis Jure cum omnimoda Jurisdictione & Superioritate in perpetuum retineat, eo prorsus modo, quo antehac a Domo Austriaca possidebantur, nulla prorsus ratione ob hæc ditiones Sacro Romano Imperio obligatus aut subjectus esse intelligatur, ita tamen, ut ante omnia fidem Catholicam in hac provincia, quemadmodum sub patrocinio Austriaco erat, illasum conservet, novitatesque omnes, quæ durante hoc bello irreperunt, extirpet.

3) Quod ad æs alienum attinet, quo ditiones istæ Austriacæ gravatæ sunt, ea quidem debita, quæ Cameræ seu Fisco Principis incumbunt, Christianissimus Rex in se suscipere debet exsolvenda, teneaturque Domum Austriacam ea propter indemnem præstare, quæ vero Collegiis Ordinum attributa sunt, eisque solvenda incumbunt, debet inter eos, qui sub Dominio Domus Austriacæ remanent, atque illos, qui sub ditionem Regis Christianissimi veniunt, iniri conveniens distributio, ut una quæque pars sciat, quantum sibi æris alieni dissolvendum restet.

4) Quod si linea Masculina Bourboniana deficiat; hæc ditiones cum Brisaco ad Domum Austriacam, si super fuerit, redeant, Domusque Austriaca teneatur rependere Coronæ Gallia eam pecuniæ summam, quæ hoc Tractatu pro recompensatione Archiducis LEOPOLDI Hæredum conventa est.

5) Teneatur nihilominus Rex Christianissimus Status omnes & singulos immediate Imperio per Utramque Alfatiam subjectos, sive Ecclesiasticos sive Seculares, cujuscunque dignitatis, conditionis sive ordinis, in sua libertate & possessione Immedietatis erga Romanum Imperium relinquere & restituere, præsidii Gallicis ex omnibus ejusmodi locis præsertim Tabernis Alfatia & Benfelda eductis, nec vero eosdem Status institutione novorum & hætenus in Germania inusitatorum Parlamentorum gravare.

6) Similiter Cessio hæc privatorum Patrimoniis fraudi esse non debet, sed omnes Vasalli, subditi, Cives & incolæ quicunque cis & ultra Rhenum Domui Austriacæ subjecti erant, bonis, villis, castris, fundis, possessionibus suis restituuntur, non obstante confiscatione qualicunque belli causa facta, intelligendo hoc quoad bona stabilia & incorporalia.

7) Resti-



1646.  
Majus.

7) Restituatur etiam Episcopatu Spirensi castrum Philippoburgum præsidiumque Gallicum dimittatur.

1646.  
Majus.

8) Non impediatur Rex Christianissimus Domum Austriacam in retentione Comitatus *Achalm* & Baronatum *Hohenstauffa* & *Blaubeura*, quos Duces Wurtembergici antehac a Domo Austriaca titulo impignorationis & Feudi tenebant; & intra hoc *Blaubeura* quidem, finita primi acquirentis generatione, *Achalm* vero & *Hohenstauffa*, certo reuisionis pacto ad eandem redire debebant extra controversiam.

9) Cum itidem castrum *Hobentwiel* in Landgraviatu Nellenburgensi, Austriam spectante, situm, ex novis & antiquis pactis Domui Austriacæ a Ducibus Wurtembergicis tradi debuisset, nec tamen pactis hactenus steterint, Sacra Cæsarea Majestas desiderat, castrum hoc, ad evitandas futuras contentiones, postulantibus etiam Helvetiis, destrui & funditus deleri.

10) Quamdiu Brisacum in Regis Christianissimi potestate fuerit, tamdiu poterit Domus Austriaca in Civitate *Lindau* ad lacum *Aconicum* sita præsidium tenere: quodsi Brisacum successu temporis ad ditionem Austriacam redierit, Civitas quoque *Lindaviensis*, educto præsidio, suæ restituatur libertati.

Actum Monasterii Westphalorum d. 29. Maj. Anno 1646.

## §. XXXV.

Die Fran-  
osen erbie-  
ten sich darauf  
hinwieder  
schriftliche Er-  
klärung zu  
thun.

Mittwochs, des folgenden Tages, referirten die Mediatores, daß die Fran-  
kosen solche Declaration mit guter Be-  
zeugung angenommen, also gleich verles-  
en, darüber abgetreten, und sich folgend  
erkläret hätten, ihre Meynung hinwieder  
schriftlich zu eröffnen, worbey sie auch ih-  
re Zufriedenheit fast über alle Punkten zu  
erkennen gegeben, doch wegen der vor El-  
sasz auf fünf Millionen gestellten Recom-  
pens, hätten sie vermeynt, daß man wegen  
der darauf habenden Schulden, solches  
nach Proportion des, einem jeden Theil,  
verbleibenden Landes, zu reguliren habe;  
Mit *Lindau* und *Hobentwiel*, wären sie  
zufrieden; desgleichen auch wegen der  
Wurtembergischen Herrschaften: die  
Cession der Lande, wollten sie, nach dem Ex-  
empel der Schweden an die Crone verbind-  
en: *Philipsburg* aber, vermöge ihres  
mit Chur: *Trier* getroffenen Vergleichs,  
mit einer beständigen Besatzung, in Pro-  
tection behalten; *Bensfelden* hingegen de-  
moliren; *Zabern* sollte zwar restituiret,  
jedoch vorher die neuen Mussenwerke de-  
moliret und den Franckosen der freye Pafs  
und Repafs reserviret, desgleichen  
die Fortification zu *Neuburg* demoli-  
ret, und förders keine mehr zu machen, ca-  
Dritter Theil.

viret werden. Wegen der *Hessen-Casse*  
lischen Satisfaction bestünden sie auf Re-  
tractation der *Marpurgischen* Successi-  
ons-Sache: und hätten sie über alles ei-  
nen eigenen Courier, an ihren Hoff ab-  
gefertiget. Die Kayserliche Gesandten  
ertheilten darauf sofort zur mündlichen  
Antwort: daß sie denn erwarten wollten,  
wessen sich die Franckosen schriftlich erklä-  
ren würden: sie vermeynten jedoch nicht, daß  
sie deswegen erst einen Courier an ihren  
Hoff abschicken würden: Im übrigen könne  
*Philipsburg* den Franckosen nicht gela-  
sen werden: denn dem Churfürsten zu *Tri-  
er* nicht gebühret habe, ohne Kayserlichen  
Consens und des Capituli *Spirensis*  
Wissen und Willen, solchen Pafs zu ver-  
geben oder darüber zu tractiren. Ihre  
Kayserliche Majestät würden auch die  
Befestigung *Ehrenbreitstein* ehender nicht  
restituiren, biß vorher die Franckosen, al-  
le dergleichen inhabende Plätze abgetreten  
hätten, daß aber die Franckosen vermeyn-  
ten, die *Elfsassischen* Lande der Crone  
Frankreich zu incorporiren, daran ir-  
reten sie, maßen die Provinzien, welche  
pro Satisfactione *Suecica* gegeben wür-  
den, nur vor der jetzigen Königin Descen-  
denten, im Fall sie dergleichen bekommen  
würde,